



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum data sit omnibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Actum 7. dicit Stephanus: Accepistis legem in dispositione angelorum.

RESPON. Dicendum, q lex data est a Deo per angelos. & preter ratione generalē, quā Dion. assignat in 4. ca. cal. hier. * q diuina debent deferri ad homines mediantibus angelis, specialis ratio est, quare legem veterē per angelos dari oportuit. Dicitū est. n. * q lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutē perfectā generis humani, quæ futura erat p Christum. Sic autē videtur in omnibus potestatis, & artibus ordinatis, q ille qui est superior, principalē & perfectum actum operatur per se ipsum: ea vero quæ disponunt ad perfectionem vltimam, operatur per suos ministros. Sicut nauifactor compaginat nauem per seipsum, sed preparat materiā per artifices subministrantes. & ideo conueniens fuit, vt lex perfecta noui testamenti daretur immediate p ipsum Deum hominem factum: lex autē vetus p ministros Dei, scilicet per angelos daretur hominibus. Et per hunc modum Apostol. 1. ad Heb. probat eminentiam nouæ legis ad ueterem: quia in nouo testamento locutus est nobis Deus in filio suo: in ueteri autem testamento est sermo factus per angelos.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Gre. dicit * in principio moralium, Angelus qui Moyſi apparuisse describitur, mō angelus modo dñs memoratur, angelus uidelicet pp hoc, q exterius loquendo seruiebat: dominus autem dñs, quia interius præfides loquendi efficaciam ministrabat. & inde est etiam, q quasi ex persona domini angelus loquebatur.

AD SECUNDVM dicendum, q sicut Aug. dicit 12. super Gen. ad literam. In Exo. dicitur: Locutus est dñs Moyſi facie ad faciem. & paulo post subditur: Ostende mihi gloriam tuam. Sentiebat ergo quid videbat, & quod non videbat, desiderabat. nō ergo videbat d ipsam Dei essentiā, & ita nō immediate ab eo instruebatur. Quod ergo dñs, q loquebatur ei facie ad faciem, secundum opinionem populi loquitur Scriptura, qui putabat Moyſen ore ad os loqui cum Deo, cum per subiectam creaturā, i. per angelum & nubem ei loqueretur & appareret. Vel per visionem faciei intelligitur quædam eminens contemplatio & familiaris infra essentiæ diuinæ visionē.

AD TERTIVM dicendum, q solius principis est sua autoritate legem instituire, sed quandoq; legem institutā per alios promulgat: & ita De⁹ sua autoritate instituit legē, sed per angelos promulgauit.

Super Quæstio. 98. Articulus quartus. ARTICVLV III.

Utrum lex uetus dari debuerit soli populo Iudeorum.

AD QVARTVM sic proceditur. Vt, q lex vetus non debuit dari soli populo Iudeorū. Lex enim uetus disponebat ad salutem, quæ futura erat p Christum, ut dictum est: sed salus illa non erat futura solum in Iudeis, sed in omnibus gentibus, secundum illud Isai. 49. Parum est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & facies Israel conuertendas: dedi te in lucem extremum terræ: ergo lex vetus dari debuit omnibus gentibus, & non uni populo tantum.

¶ 2 Præ. Sicut dicitur Act. 10. Nō est permissus acceptor Deus: sed in omni gēte qui timet Deum facit iustitiam, acceptus est illi. non ergo magis populo, quā aliis viam salutis debuit aperire. ¶ 3 Præ. Lex data est per angelos, sicut iā dictum est ministeria angelorum Deus non solum iudeis, sed omnibus gentibus semper exhibuit. dicitur Eccl. 17. In unāquamq; gentem præposuit rectores, omnibus etiam gētibus temporalia bona largitus, quæ minus sunt curæ Deo, quā spiritalia bona. ergo etiam legem omnibus populis debuit dare.

SED CONTRA est, qd dicitur Ro. 3. Quid ergo amplius iudæo? multum quidem per omnem mundum primum quidē, quia credita fuit illis obsequia Dei. & in Psalm. 149. dicitur. Non fecit taliter nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

RESPON. Dicendū, quod d postea una ratio assignari, quare potius populo iudæorū data sit lex, quā aliis populis: quia aliis populis ad idolatriā deturbatis, solus populus iudæorum in cultu uetus remansit, & ideo alij populi indigni erant legē percipere, ne sanctum canibus daretur. Sed ita rationiens non uis: quia populus ille etiam post legem tam ad idolatriā declinauit, quod grauius fuit, quā

ret Exod. 33. & Amos 5. Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto 40. annis domus rael, & portastis tabernaculum Moloch Dei vestri imaginem idolorū uestrorū, sydus Dei uisus, & iustitias tuas dñs. Deus tuus dedit tibi terram in possessionem, cum durissima ceruicis dispartus. sed ratio ibi præmittitur, vt cōpleret uerbum Dñs, quod sub iuramento pollicitus est patribus Abraham, Isaac, & Iacob. Quæ autē promissio eis sit facta, ostendit Apostol. ad Gal. 3. dicitur. hec dicte sunt p omissiones, & semini eius, non seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno dñi tuo, qui est Christus. Deus igitur & legem, & beneficia specialia illi populo exhibuit, p promissionem eorum patribus factā, ut ex eis Christus nasceretur. Dicebat enim, ut ille populus, & Christus nasciturus erat, quædam specialia sanatione polleret, sicut illud quod dicitur Leu. 19. & eritis: quia ego sanctus sum. Nec est fuit ppter meritum ipsius Abraham, vt talis promissio ei fieret: scilicet Christus ex eius semine nasceretur: sed ex gratuita Dei electione & uocatione. unde dicitur. Qui suscitauit ab Oriente iustum, uocauit eum sequeretur se. Sic ergo patet, q ex sola gratuita electione patres promissionem acceperunt, & populus ex eis progenitus legē accepit, sicut illud Deut. 10. distis uerba illius de medio ignis, qd dilexit patres, & elegit semē eorū post illos. Si autem rursus ratur, quare hūc populum elegit, ut ex eo Christus nasceretur, & nō alium: cōueniet respondo, qd non quam dicit super Ioan. Quare hunc trahat, & nō non trahat, nōli uelle diiudicare, si non uis esse

AD PRIMVM ergo dicendum, q quædam futura per Christum, esset oibus gentibus promissa: tamen oportebat ex uno populo Christum nasci, qui pp hoc præ alijs prærogatiuas habuit, sicut Rom. 9. Quorum, scilicet iudæorum, est adoptio, & testamentum, & legislatio, quæ patres, ex quibus Christus est secundum carnem natus.

AD SECUNDVM dicendū, q acceptio promissionis locum habet in his, quæ ex debito dantur, & non in his, quæ ex gratuita uolūate conferuntur.

Cap. 4. ante medium. Art. 1. hui⁹ q.

In præfat in Iob. c. 1. ante med.

Cap. 27. pau lo post prin. tom. 1.

D. 10.

In far. 5. cor. & 3. di. 25. q. 2. art. 2. q. 2. ad 3.

Art. præ. c.

personarum locum non habet. Nō enim est personarum acceptor qui ex liberalitate de suo dat vni, & non alteri: sed si esset dispensator bonorū communium, & non distribueret aequaliter secundum merita personarum, esset personarū acceptor. Salutaria autem beneficia Deus humano generi cōfert ex sua gratia: vnde non est personarum acceptor, si quibusdam prae aliis cōferat. vnde dicit Aug. in lib. de predestinatione sanctorū: * Omnes quos Deus docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet. hoc enim venit ex damnatione humani generis pro peccato primi parentis.

AD TERTIVM dicendum, q̄ beneficia gratiae subtrahuntur homini propter culpam: sed beneficia naturalia non subtrahuntur, inter quae sunt ministeria angelorum, quae ipse naturarum ordo requirit, ut. per media gubernentur infima: & etiam corporalia subsidia, quae non solū hominibus, sed etiā iumentis Deus administrat, secundum illud Pl. 35. Homines & iumenta saluabis Domine.

¶ Super Questionis
maxime ostendit,
Articulus quintum
& sextum.

ARTICVLVS V.

*Utrum omnes homines obligantur
seruare legem veterem.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ omnes homines obligantur ad obseruandam veterem legē. Quicumque enim subditur regi, oportet, q̄ subdatur legi ipsius: sed vetus lex est data a Deo, qui est rex oīs terrarū, vt in Psal. 46. dicitur. ergo omnes habitantes terram tenebantur ad obseruantiam legis.

¶ 2 Præ. Iudaei saluari non poterant, nisi legem veterem obseruarent: dicitur enim Deuter. 37. Maledictus qui non pmanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. si igitur alij homines sine obseruantia legis veteris potuissent saluari, peior

fuisse conditio iudeorum, quam aliorum hominum. ¶ 3 Præ. Gentiles ad ritum iudaicum, & ad obseruantias legis admittebantur. dicitur enim Exo. 12. Si quis peregrinorum in vestra voluerit transire coloniam, & facere Phasē domini, circuncidetur prius omne masculinum genus, & tunc rite celebrabit, eritq; simul sicut indigena terra. Frustra autem ad obseruantias legales fuissent extranei admissi ex ordinatione diuina, si absque legalibus obseruantis saluari potuissent. ergo nullus saluari poterat, nisi legem obseruaret.

SED CONTRA est, q̄ Dion. dicit 9. cap. cæl. hier. * q̄ multi Gentilium p angelos sunt reducti in Deū: sed constat, q̄ Gentiles legē non obseruabāt. ergo absque obseruantia legis potuerunt aliqui saluari.

RESPON. Dicendum, q̄ lex vetus manifestabat præcepta legis naturae, & superaddebat quaedā propria præcepta. Quantum igitur ad illa, quae lex vetus cōtinebat de legē naturae, omnes tenebātur ad obseruantiam veteris legis, non quia erāt de veteri lege, sed quia erant de lege naturae: sed quantum ad illa quae lex vetus superaddebat, nō tenebātur aliqui ad obseruantiam veteris legis, nisi solus populus iudeorum. Cuius ratio est: quia lex vetus, sicut dictum

A est, * data est populo iudeorum, ut quandam prerogatiuam sanctitatis obtineret propter reuerentiam Christi, qui ex illo populo nasciturus erat. Quaecūque aut statuantur ad specialem aliquorum sanctificationem, non obligāt nisi illos: sicut ad quēdam obligantur clerici, qui mancipātur diuino ministerio, ad quae laici non obligātur. similiter & religiosi ad quēdam perfectionis opera obligantur ex sua professione, ad quae saeculares non obligantur. & similiter ad quēdam specialia obligabatur populus ille, ad quae alij populi non obligabantur: unde dicitur Deuter. 18. Perfectus eris, & absque macula coram domino Deo tuo: & propter hoc etiam quādam professione utebantur, ut patet Deut. 26. Profiteor hodie coram domino Deo tuo &c.

B AD PRIMVM ergo dicendū, quod quicumque subduntur regi, obligantur ad legem eius obseruandam, quam omnibus communiter proponit: sed si instituat aliqua obseruanda a suis familiaribus ministris, ad hæc ceteri non obligantur.

AD SECYNDVM dicendum, quod homo quātō Deo magis coniungitur, tantō efficacius cōditionis: & ideo quanto populus iudeorum erat astrictus magis ad diuinum cultum, dignior alijs populis erat. unde dicitur Deut. 4. Quae est alia gens sic incluta, ut habeat ceremonias, iustaq; iudicia, & uniuersam legem? & similiter etiam quātum ad hoc sunt melioris conditionis clerici, quā laici: & religiosi, quā saeculares.

C AD TERTIVM dicendum, q̄ Gentiles perfectius & securius salutem consequerentur sub obseruarijs legis, quam sub sola lege naturali: & ideo ad eas admittebantur. Sicut etiam nunc laici transeunt ad clericatum, & saeculares ad religionem, quamuis absque hoc possint saluari.

ARTICVLVS VI.

Utrum lex uetus conuenienter data fuerit tempore Moyfi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ lex vetus non conuenienter fuerit data tempore Moyfi. Lex. n. uetus disponebat ad salutem, quae erat futura per Christum, sicut dictum est: sed statim homo post peccatū indiguit huiusmodi salutis remedio. ergo statim post peccatum lex uetus debuit dari.

D ¶ 2 Præ. Lex uetus data est propter sanctificationem eorum, ex quibus Christus nasciturus erat: sed Abraham incepit fieri promissio de semine, quod est Christus, ut habetur Genes. 12. ergo statim tempore Abraham debuit lex dari.

¶ 3 Præ. Sicut Christus non est natus ex aliis descendentibus ex Noe, nisi ex Abraham, cui facta est promissio: ita enim non est natus ex aliis filiis Abraham, nisi ex Dauid, cui est promissio renouata, secundum illud 2. Reg. 23. Dixit vir, cui cōstitutum est de Christo Dei iacob. ergo lex vetus debuit dari post Dauid, sicut data est post Abraham.

E SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Gal. 3. quod lex propter transgressionem posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris, id est, ordinabiliter data, ut glos. * dicit. ergo congruum fuit, ut lex uetus illo temporis ordine traderetur.

RESPON. dicendum, quod cōuenientissime lex uetus data fuit tempore Moyfi. Cuius ratio potest accipi ex duobus, secundū quod quilibet lex duobus generibus hominum imponitur. Imponitur. n. quibusdam duris & superbis, qui per legē compefcuntur & domantur. Imponitur etiam bonis, qui per legem

Art. prae.

3. q. 70. ar. 9.
ad 2. & 4. di.
1. q. 1. ar. 2. q.
4. co. & Gal.
3. lec. 7.

Glos. ordi.
nata ibi.